Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31395
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



et petra greccum vocabulum. stultecq; p
ethymologiam latinam exponit. petra
quasi pede trita. et metropolitanum urbis archi
epo distinguit. volunteq; illum a mensura
ciuitatis dictum. cum grece dicatur no
metropolis sed ΜΗΤΡΟΠΟΛΗΣ idest
ciuitas siue urbis. et patriarcham quasi
patrem patrum. et papam ab infectione
ipse dictum et fidem orthodoxam quasi
recte gloriae. et simonem media correcta
cum legendum sit media longa ut plato
nem et Catonem et multa similia. que
transeo ne culpa aliquos omnes sinhos
pontifices videar insectari. hec dicta
sint ut nemo miretur. si donationem
Constantini commentitiam fuisse pape
multa non potuerunt deprehendere. tam
et si ab aliquo eorum ortum esse hanc
fallaciam credo. Ut dicitis cui imperatores
quos detrimento res ista cedebat. dona
tionem Constantini non negant. sed
fatentur. affirmant. confirmant. frigeo
argumentum mirifica defensio. Nam
de quo tu loqueris imperatore. si de greco
qui verus fuit imperator. negabo confessio
nem. sin de latino. libenter eum confitebor.
Et cum quis nesciat imperatorem latinum
gratis factum esse a summo pontifice
ut omnes stephano. qui graecum impe
ratorem si fuisset non faceret italia
primauit. latinumq; fecit. ita ut plusca
imperator a papa quam ipse ab imperatore

obser°